

bilis textus concilii Tridentini quoad hoc, 343. Acta ibi esse dicuntur, ubi aliquid fit auctoritate iudicis, IV, 438.

ACTA CAPITULARIA ut valida sint, sufficit consensus majoris partis capituli, IV, 74. Dummodo omnes legitime convocentur, 75. Et capitulariter congregati tractatum habeant, *ib.* Atque duæ partes capitularium sint præsentēs, saltem de jure civili, *ib.* Quid de hoc canonistæ, *ib.* Qualis subscriptio requiratur, quando super actis capitularibus erigi debet instrumentum, 76. Ad valorem actus capitularis non requiritur major et sanior pars capituli, *ib.* Limitatur in aliquibus casibus, 77. Major et sanior capituli pars quæ, *ib.* Et quid possit, *ib.* Unus canonicus potest se opponere et impedire damnum Ecclesiæ, *ib.* Major pars, quando scienter eligit indignum, sufficit electio a minori parte celebrata, *ib.* Minor pars in capitulis, quando sufficiat, *ib.* Contemptus unius valet ad irritandum actum a cæteris factum, 78. In iis, quæ competunt pluribus, ut singulis, requiritur consensus omnium, *ib.* Potest episcopus cum majori parte capituli statuere, quod quisvis canonicorum teneatur contribuere pro reparatione ecclesiæ suæ, *ib.* Vel necessitate aut utilitate collegii, 79.

ACTA PROCESSUS non debent communicari reo ante ipsius examen, VI, 78. Bene vero postea, 90. Acta, seu copia actorum, an, et quando communicari possint, et debeant reo appellanti, et ejus advocato, 111. Revisio et collatio actorum quomodo fieri possit, ac debeat 113.

ACTIO quid, et quomodo differat ab imploratione officii iudicis, II, 31.

Actiones bonæ fidei sunt septemdecim, et quales, II, 66. In actionibus bonæ fidei veniunt usuræ et fructus a tempore moræ; secus in actionibus stricti juris, 67. Vide infra, § *Contractus bonæ fidei*. Actiones liquidæ bene possunt vendi, II, 85. Actio mandati directa, seu competens domino contra procuratorem, sive mandatarium, quid importet, 101 et 102. Actio mandati contraria, quid, 102.

Actio, quod metus causa, datur illi, qui ex gravi metu rem suam alteri tradidit, II, 116. Vi hujus debet fieri integra restitutio, *ib.* Agens hac actione non tenetur designare, quis metum intulerit, *ib.* Actio, quod metus causa, non solum est personalis, sed etiam in rem scripta, *ib.* Imo et pœnalis, *ib.*

Actio realis, et actio personalis, quid, II, 253. In utraque potest distingui duplex causa petendi, proxima et remota, 254. Et quæ ipsarum in libello debeat exprimi, *ib.* Actionis nomen, an necessario sit exprimendum in libello, *ib.* Vide infra, § *Libellus*. Inter actiones reales et personales, notabilis est differentia quoad missionem in possessionem rei petite, 446. Utrum tam in actionibus realibus, quam personalibus, opus sit missione in possessionem honorum contumacis ex secundo decreto, 447. Vide infra *Decretum*, et

*Missio in possessionem*. Actio tum personalis, tum realis, ut fiat litigiosa, requiritur litis contestatio, 456. Ante litem contestatam actio liquida potest licite cedi, vel vendi, *ib.* Et quid de actione dubia, seu controversa, *ib.*

Actio iudicati oritur ex litis contestatione, II, 284. Actiones temporales per litis contestationem fiunt perpetuæ, 285. Actiones pœnales post contestationem litis transeunt in solidum contra hæredes reorum, *ib.* Actio criminalis, utpote major, regulariter prius est tractanda, quam civilis, 326. Dummodo utraque principaliter intentetur, *ib.* Fallit hoc quando quæstio civilis præjudicat criminali, *ib.* Inter actiones et interdicta, olim erant plures differentiæ, 344. Hodie in effectu nulla remanet differentia, 345. Actio confessoria quæ, 379. Actio civilis et actio prætorialia, quæ, 418. Et quale discrimen inter illas, 419.

Actiones, quo tempore extinguantur, seu quando præscribatur contra eas, III, 257. Actio hypothecaria contra debitorem, vel ejus hæredem, non extinguitur nisi annis quadraginta, secus contra alios, *ib.* Actiones temporales per contestationem litis, fiunt perpetuæ, *ib.* Actiones aliæ extinguuntur per præscriptionem annis triginta, non tamen omnes tantum temporis requirunt, *ib.* Actio injuriarum expirat lapsu unius anni, *ib.* Actio ad accusandum adulterium, aliaque peccata carnis, quibusdam effectis, expirat quinquennio, *ib.* Quid dicendum de nefando crimine actionis sodomiciæ, *ib.* Actiones criminales tolluntur regulariter viginti annis, nonnullis tamen exceptis, 258. Actio redhibitoria, quæ et quo tempore eidem præscribatur, *ib.* Actio, quanti minoris, quæ, et quamdiu duret, *ib.* Actionem in facto præbet sententia lata pro actore, 289. In actione injuriarum reus condemnatus efficitur infamis, nisi injuria foret minima, *ib.* Actiones personales, quæ correspondent obligationibus duntaxat ad patiendum, sive subeundum onus, si ab altero petatur, præscriptione extinguuntur ob solam negligentiam actoris, seu cessationem exactoris, quamvis obligatus suæ interim obligationis probe conscius sit, 244. Secus dicendum de actionibus personalibus, quæ correspondent obligationibus ad aliquid agendum, vel non agendum, 245. Dantur actiones, quæ tolluntur, seu contra quas præscribitur lapsu certi temporis, 246. Actio ex pacto nudo, an detur, *ib.*

In actionibus civilibus sententia lata non illico est executioni mandanda, sed expectandum saltem per decem dies, III, 292. Et quid in criminalibus, *ib.* Si dixerit reus se velle parere sententiæ, statim ista in actione reali est executioni mandanda, *ib.* In actione personali regulariter conceditur quadrimestre ad solvendum, *ib.* Vide infra, *sententia executio*. Actio de dolo quid, II, 419. Est actio prætorialia, *ib.* Et personalis, 420. An transeat in hæredes, *ib.* Actio de dolo non procedit secluso dolo malo, *ib.* Nec admitti debet, nisi causa cognita, attendendo scilicet ad tria, et quæ, *ib.* Ea non datur pro modica summa, seu quæ non ex-

cedit duos aureos, *ib.* Neque omni tempore, sed intra biennium, *ib.* Nec adversus eas personas, quibus, pietate, officio, reverentia obligamur, *ib.* Neque ubi alia actio, exceptio, aut restitutio in integrum suppetit, *ib.* Actio de dolo, et exceptio doli, in aliquo conveniunt, differunt tamen in pluribus, 421. Actio de dolo finitur biennio, *ib.* Atque infamat, *ib.* Estque extraordinaria, atque subsidiaria, *ib.* Et arbitraria, *ib.*

Actio æstimatoria, seu quanti minoris, quid, cui, et contra quos detur, IV, 188. Cur detur, si læsio non sit ultra dimidium, *ib.* Qui ignoranter vendidit rem vitiosam, ad id solum tenetur, quanto minoris fuisset res empta, *ib.* Tempus ad actionem redhibitoriam est semestre, ad æstimatoriam vero annus, *ib.* Quando ob vitium conceditur actio redhibitoria, potest emptor loco illius assumere æstimatoriam, 189. Actio decimarum, vide *Decimarum actio*. Actio ex commodato quæ, 123. Ex deposito quæ, 131. Ex conducto, 227. Actiones exempto et vendito, 186. Jura emptori concedunt actionem empti ad consequendum ea, quæ ei debet venditor, et huic actionem venditi ad consequenda, quæ ei debet emptor, *ib.* Actio venditi, seu ex vendito quid, *ib.* Ad quid detur, *ib.* Actio empti, seu ex empto quid, *ib.* Ad quæ detur, *ib.* Et ex læsione ultra, vel infra dimidium. Vide *læsio ultra dimidium*. Actionis nomen non est opus in libello exprimere secundum canones, 117. Actio redhibitoria quid, cui, et contra quos detur, 187 et 189. Non datur, nisi vitium sit notabile, et quidem corporis, non animi, 187. Contra venditorem, qui ignoranter vendidit rem vitiosam non datur actio redhibitoria, *ib.*

Actio ad palinodiam, seu recantationem. Vide *Palinodia actio*. Actio ex dejecto, vel effuso quid importet, et contra quem competat, VI, 548. Actio ex lege Aquilia datur ad resarcitionem damni, et quantum interest, damnum datum non fuisse, *ib.* Et subinde etiam ad duplum vel quadruplum, *ib.* Actio furti, quid. Et contra quem competat, 414. Actio injuriarum. Vide *injuriarum actio*.

Actio injuriarum perpetua datur contra judicem, non servato juris ordine, in tortura procedentem, VII, 11. Et mere personalis non transit in successionem particularem sine cessione, 109. Et cui competit pro re acquirenda, ei magis competit exceptio pro retinenda, 160.

ACTOR, unde sic dicatur, II, 168. In iudicio semper intervenit actor, vel vere, vel fecte, *ib.* Actor post libellum per judicem reo porrectum obligatur litem prosequi, et quando secus, 258. Vide infra *Libellus*. Actor nequit se alia fori incompetentis exceptione tueri quoad reconventionem, ubi hæc locum habet, 270. Actor plus debito petens in iudicio, an possit impune pœnitere, 332. Actore plus petente, an possit reus negare simpliciter totam petitionem, 333. Regula ista, *Soli actori incumbit onus probandi*, fallit in iudiciis duplicibus, 371. Actore non probante, reus absolvitur, limitatur, et declaratur, 443.

Actor qualiter censeatur committere contumaciam, II, 427. Et contumax quomodo sit citandus, *ib.* Præsertim, si sit absens, vel latitet, 428. *Invitus agere, nemo cogitur*, quomodo intelligendum, *ib.* Contra actorem contumaciter absentem potest iudex procedere usque ad sententiam, etiam lite non contestata, *ib.* Major est contumacia actoris, quam rei, 429. Magis præsumitur contra actorem, quam contra reum contumaciter absentem, 430. Cur non frustra ad instantiam rei fiat processus supra causa principali, actore contumaciter absente, sicque nihil probante, *ib.* Actore non probante reus absolvitur, quomodo intelligendum, *ib.* Quatuor remedia juris competunt reo contra actorem contumaciter absentem, et quæ, *ib.* Actor in termino citationis contumaciter absens, tenetur reo comparenti ad expensas, 431. Secus, si nec reus comparuit, *ib.* Actor contumax amplius non est audiendus, nisi præter restitutas expensas etiam præstet cautionem de comparando in termino citationis, *ib.* Et qualis debeat esse hæc cautio, *ib.* Vide infra, *Contumacia*, et *contumax*.

Actor ob contumaciam rei, mittitur ex primo decreto in possessionem rei petite, II, 437. Ac post annum constituitur verus rei possessor, *ib.* Actor ob contumaciam rei ex primo decreto missus in bona petita, post annum efficitur verus possessor, 443 et 444. Annus ille quando tunc incipiat currere, 444. Actor qui ob resistantiam adversarii rem custodiendam nancisci non potest, post annum statim verus constituitur possessor, *ib.* In actionibus personalibus qualiter actor ob contumaciam rei sit mittendus in possessionem ex primo decreto, *ib.* Actor tunc post annum non acquirit possessionem honorum absque secundo decreto, *ib.* Vide infra, *Missio in possessionem*.

Actore plene non probante, sufficit ad probandum rei innocentiam præsumptiva et dubia probatio, II, 523. Actori regulariter incumbit onus probandi, 524. Actor tenetur ad iudicium venire paratus, *ib.* Habet in sua potestate, quando agere velit; non sic reus, *ib.* Regula illa, *Actori incumbit probatio*, patitur plures fallentias, et quas, *ib.* Si præsumptio juris stet pro actore, tunc onus probandi transfertur in reum, *ib.* Actor tenetur edere instrumenta, quibus in iudicio est usus, et quomodo, III, 119. Teneturque reo edere instrumenta ad fundandam ejus exceptionem, et cur, 120. Vide infra, *Reus an instrumenta*.

Actorem ab agendo repellit exceptio excommunicationis, non reum a defendendo, 222. Tamen ut repellat a torem ab agendo, debent plures observari conditiones, et quæ, *ib.* Actorem excommunicatum, debet iudex ex officio repellere; et qualem, 223. Vide infra, *Exceptio excommunicationis*.

Actor quis dicatur, VII, 39. In quibus causis actoris partes sint favorabiliores, quam rei, 40. Actor excommunicatus repellitur exceptione, 80. Actor, si una actione inepta repellatur, potest aliam congruentem instituere, 179. Non potest

uti pluribus actionibus, reus vero pluribus exceptionibus, 55. Actor post litem contestationem invito reo non potest recedere, 58. Actori non licet, quod reo licitum non est, 79. Fallit quod actor possit petere iudicem extraordinarium, non item reus, 80. Actor ex pluribus ordinariis iudicibus potest unum eligere, non reus, *ib.* Actorem accusantem reus de crimine non potest reaccusare, *ib.* Actor, probato furto admittitur ad iuramentum de quantitate, non vero reus ad purgatorium iuramentum, *ib.*

ACTUS meræ facultatis, qui, I, 290. Actuum frequentia, an et qualis requiratur ad inducendam consuetudinem, 288 et 283. Et quales actus ad eam inducendam requirantur, 289. Actus, ut est servitus rustica, quid, III, 242. *Actus agentium non operatur ultra intentionem eorum*, 547.

Actus de natura validus, valet in foro interno, etsi a lege irritetur, IV, 407. *Actus, si non valet ut fit, nec valet ut fieri potest*, 246. Actus voluntariæ jurisdictionis coram quovis iudice fieri potest, 437. Voluntarii quando, et quomodo inducant consuetudinem obligatoriam, 638. Actus agentium non operantur ultra voluntatem eorum, V, 306.

Internos quando possit, et soleat præcipere ecclesia, V, 447.

Actus ab initio validus solo tractu temporis non vitiatur; nec ab initio invalidus temporis lapsu convalescit, VII, 52. Actus forma substantiali non servata, nullus est, 146. Legitimi conditionem non recipiunt, neque diem, 147. Sumuntur in duplici sensu, *ib.* Actuum iure invalidorum effectus, 146. Actus legitime factus, vide *Factum*.

ADMINISTRATOR episcopi, quid, et quid juris de eo, IV, 7.

Administrator rerum non potest donare, VII, 174.

ADOLESCENTIUM vita nihil est incertius, III, 153. Ex bona conservatione in adolescentia, præsumitur puer bonus futurus in ætate virili, et quomodo, *ib.* et 154.

ADOPTATIO quid, quotuplex, V, 458. Quinam adoptare possint, et quæ conditiones ad adoptandum requisitæ, *ib.*

ADULTERIUM unius, an et quomodo præbeat licentiam innocenti intrandi religionem, V, 71. Adulterium conjugis quomodo privet dote, vel contradote, et aliis, 531. Quando constituat impedimentum criminis, vide *criminis impedimentum*, V, 443. Et quatenus est causa divortii. Vide *Divortium ex causa adulterii*.

Adulterium quid, et quotuplex, VI, 392. Aliud est simplex, 393. Aliud duplex, *ib.* Copula carnalis cum sponsa de futuro non est adulterium, *ib.*

Adulterii pœnæ, VI, 393. De iure divino est mors, *ib.* De iure canonico pœna adulterii laici in adulterio persistentis est excommunicatio, *ib.* Fœminæ adulteræ est detrusio in monasterium, *ib.* Amissio dotis, et donationis propter nuptias, *ib.* Alia pœna adulterii est divortium, *ib.* Clerici

adulteri pœna caræ, 394. Pœna adulteri de iure civili quæ, *ib.* Ex quæ de iure havarico, *ib.* Adulteri pœnas non incurrit, qui illud non scienter, vel actualiter committit, 395.

Adulterium accusare quinam, et quando possint, VI, 395. Ante omnia criminaliter potest maritus, *ib.* Et post ipsum pater adulteræ, et alii conjuncti, *ib.* His deficientibus, quis extraneus mas, major viginti quinque annis, *ib.* Civiliter quoad dotem, et divortium, uxor etiam potest accusare virum adulterum, non item criminaliter, loquendo de iure civili, 396. Secus est de iure canonico, *ib.* Ad probandum adulterium sufficiunt violentæ præsumptiones, et quæ, *ib.*

Adulterii iudex, quando agitur civiliter, quoad divortium, solus ecclesiasticus est, VI, 397. Qui etiam incidentaliter iudicat de causa dotis, donationis propter nuptias, atque alimentorum, *ib.* Si contra adulterium agitur criminaliter ad pœnam sanguinis, solus laicus iudex est, *ib.* Si ad aliquam aliam pœnam criminaliter agitur, mixti fori est, *ib.* Adulterii probatio qualis requiratur, et sufficiat, 396.

ADVOCATI, alio nomine vocantur *Postulantes, patroni causarum*, etc. II, 78. Æquiparantur militibus, 79. Advocatum esse est honoris, *ib.* Advocatum in iudicio agere, qui possint, vel prohibeantur, *ib.* Vide infra *Postulare*. Advocatum ad lites agere num possint clerici? 80. Vel monachi, aliique religiosi, 81. Advocatorum obligatio generatim quotuplex, 82. Advocati qua ratione teneantur attendere ad causæ qualitatem, *ib.* Non possunt suscipere causam certo injustam, et desperatam, *ib.* Quid agendum advocato, si causa clientis in progressu appareat injusta, quæ ab initio videbatur justa, vel saltem probabilis, *ib.* An tunc possit clientulum inducere ad transigendum, 83. Qua ratione teneatur servare modum advocandi, *ib.* Atque servare veritatem, *ib.* Advocatus utens falsis pro veris, falsi crimen incurrit, *ib.* Bonus advocatus clienti dicit: *Si sic respondebis, perdes causam, si aliter, et contra veritatem, perdes animam*, *ib.* Non subtrahat adversario suæ defensionis copiam, nec superfluas petat dilationes, etc., *ib.* Licet possit occultare ea, quibus impediri posset processus, *ib.* Tenetur servare fidelitatem, et qua ratione, *ib.* Nam potest prodere instrumenta, seu documenta secreta suæ causæ parti adversæ, alioquin dicitur falsarius, 84. Nequit idem esse advocatus et iudex, in eadem instantia, et causa, *ib.* Et quid successive, *ib.* Advocatus utrique parti simul inserviens, censetur prævaricator, *ib.* Tenetur servare moderationem in salario, et qualiter, *ib.* Nequit pacisci de quota litis, 85. Advocato non licet nullum contractum cum clientulo suo inire, *ib.* Nec potest alienas lites redimere, *ib.* Et qualiter id prohibetur, *ib.* Qualiter differat a procuratore, 79 et 86. Advocatus ut quis sit, potest compelli, 87. De facto plerumque advocati partium simul constituuntur harum procuratores, *ib.* Advocatorum con-

fessio, seu error, an noceat suo clientulo, 104. Advocatum idoneum tenetur iudex parti litiganti providere, si ea talem non habet, 39. Talisque advocatus potest esse domesticus, sive famularis iudicis, *ib.* Non tenetur gratis præstare officium suum, *ib.* Dummodo clientulus ille non sit omnino pauper, *ib.* Ea, quæ ab advocatis minus bene dicta fuerunt, an iudex supplere possit, ac debeat, *ib.*

Advocatorum officium circa quæ versetur, II, 203. Advocatus respondens in his quæ sunt facti, nemine contradicente, præiudicat parti, *ib.* Advocatus nequit esse testis in causa, cujus patrocinium gessit, et quomodo, III, 7. Advocatus, vel doctor in propria causa conficiens instrumenta, nihil eo nomine pro sua navata opera exigere valet, 299. Nisi propter hoc perdidit aliud lucrum, vel incurrerit damnum personale, 300.

Advocati defensiones, et acta non dantur reo, antequam fuerit examinatus, VI, 78. Advocatus, seu patronus, procurator et defensiones, finito examine rei, eidem etiam non petenti, offerri, et concedi debent, nisi sponte eisdem renuntiet, 90. Potest reus etiam ex alieno conventu vel provincia advocatum eligere, si causa est valde ardua, non item sæcularem, *ib.* Si reus ipsemet vult facere suas defensiones, potest loco advocati petere procuratorem, *ib.* Forma offerendi, deputandi, acceptandi patronum, ac defensiones, *ib.* Si reus renuntiat defensionibus, et advocato, debet inseri actis, et quomodo, *ib.* Patronus, vel advocatus acceptans munus debet jurare coram iudice de officio fideliter exequendo, 91. Si ex causa rationabili recusat munus, aliud debet concedere iudex, *ib.* Si irrationabiliter recusat, ipsum complere debet, *ib.* Acceptanti munus consignari debet copia actorum, *ib.*

Advocatus, seu patronus rei, quid agere debeat, munere acceptato, VI, 91. Debet ex actis et reo bene se informare in causa, et si expediens iudicat, petere prorogationem termini, nomina testium, et accusatoris, etc., *ib.* Forma hujus petitionis et concessionis, 92. Patronus non potest suadere reo, sed dissuadere debet, ut delictum vere commissum neget, 93. Si reus jam apparet confessus, vel convictus, debet ei suadere ut desistat et se humiliet, *ib.* Potest, et debet subinde advocatus facere articulos interrogatoriales, seu interrogatoria, testibus jam examinatis proponenda, *ib.* Et quomodo, *ib.* Debent super his examinari testes, et quomodo, 94. Quid juris, si testis in secundo examine variet, *ib.* Secunda depositio testium communicari debet patrono, *ib.* Qui ex illa formare potest articulos defensionales, 95. Et quomodo, *ib.* Si articuli aliqui impertinentes ponuntur, moderari, vel corrigi possunt, et quomodo, *ib.* Super articulis defensionis, a patrono propositis, examinantur testes ab eo producti, et quomodo, 96. Patronus potest appellare, si iudex ei juste non defert, 97. Examen tertium pro reo completum, communicatur patrono, *ib.*

Quo habito facit defensiones rei, et quomodo, *ib.* Potest patronus, et debet subinde etiam contra unum vel plures ex defensoribus excipere, 98. Sed non nisi ex justa causa, 99. Advocatus fiscalis quomodo defensiones rei impugnare, vel ad eas respondere possit, ac debeat, *ib.* Forma practica ejus, 100.

ÆDIFICARE in suo fundo an quis valeat quidquid, et qualiter sibi placuerit, VI, 491. Potest quisvis usque ad cælum ædificare, *ib.* Nisi habeat servitutem urbanam, *ib.* Vel ædibus vicini imminet periculum, *ib.* Vel ad solam æmulationem alterius ædificet, *ib.* Vel contra favorem religionis, aut boni publici, 492. Sæculares non possunt erigere altas domos, vel in jam erectis facere fenestras, ex quibus videri in monasteriis possint fratres, vel moniales, *ib.*

Ædificatio ecclesiæ, V, 197. Ad ædificandam ecclesiam requiritur episcopi consensus, 198. Non item ad oratorium privatum, *ib.* Ante ædificationem debet episcopus per se, vel per alium crucem figere, et primum lapidem ponere, *ib.* Requiritur etiam consensus expressus, *ib.* Et competens dos, exceptis ecclesiis mendicantium, 199. Quid si absque dote ædificetur ecclesia, *ib.* Ecclesia in præiudicium alterius præsertim parochialis ecclesiæ ædificari nequit, et ideo parochi citari et audiri debent, *ib.* Limitatur in erectione novæ parochiæ, 209. Ædificare ecclesiam quis dicitur, V, 141.

Ædificatio monasteriorum, et aliorum locorum religiosorum, V, 203. Allegantur constitutiones pontificiæ Clementis VIII, Gregorii XV, et Urbani VIII, in ædificatione monasterii observandæ, *ib.* Requiritur ad eam consensus principis territorialis, 207. Et episcopi, *ib.* Qui ante consensum debet citare et audire interesse habentes, *ib.* Inter quos est etiam parochus loci, *ib.* Non potest ædificari monasterium, vel alius locus religiosus, nisi in eo velint, et commode possint duodecim religiosi habitare et sustentari, *ib.* Appellatio contra ædificationem omnia suspendit, 208. Ad eam non est necessarius consensus Papæ extra Italiam, bene tamen in Italia, et insulis adjacentibus, *ib.* Nec est necessarius consensus capituli, 209. Si verum præiudicium non adest, potest episcopus, et tenetur dare consensum etiam invitis aliis religiosis, ac interesse habentibus, *ib.* Potest episcopus aliquando dare consensum, aliis non citatis, vel non auditis, 210. Ædificationem monasterii impedire potest solum præiudicium grave, et quale, *ib.* Diminutio numeri religiosorum præexistentium an et quando sit sufficiens ad impediendum, 211. Præiudicia gravia unde probentur, *ib.* Ædificatio monasterii, aut alterius loci religiosi, ut rite fiat, quam formam servare et quomodo procedere debeat episcopus, 212. Non debet, nec potest dare consensum sine gravi causa, *ib.* Debet prius citare interesse habentes, et quomodo, 213. Ac eorum gravamina sibi proposita communicare ædificare volentibus, *ib.*

Horum vero responsum amplius communicare non debet, sed si opus est cuius probationem imponere, *ib.* Post appellationem non amplius potest se immiscere, 214. *Ædificatio* monasterii, vel alterius loci religiosi contra formam religionis facta, est nulla, nullamque jus habitandi ibidem tribuit, *ib.* Possunt ab eo religiosi expelli, *ib.* Nisi jam præscripserint, *ib.* Privilegium speciale Franciscanorum, *ib.* Episcopus contra præfatam formam consensum dans, mortaliter peccat, et nulliter agit, *ib.* Poena religiosorum gravissima contra debitam formam monasteria vel domos ædificantium, aut recipientium, *ib.*

*ÆGROTUS* urgente necessitate excusatur a jejuniis, VII, 9.

*ÆQUITAS* quid, I, 189. *In omnibus causis potior debet esse ratio æquitatis, quam stricti juris*, declaratur, *ib.* Deficiente æquitate scripta, locus est æquitati non scriptæ, *ib.*

*Æquitatis ratio potius attendi debet, quam stricti juris*, IV, 359.

*Æquitatis, et justitiæ ratio præferenda est rigori juris*, II, 33.

*Æquitas arithmetica et geometrica quid sit*, VII, 41.

*ÆTAS* in eligendis, atque promovendis ad prælaturas, et beneficia ecclesiastica, qualis requiratur, I, 354. Certum est in talibus requiri ætatis maturitatem, et cur, *ib.* *Ætas* quatuordecim annorum, saltem inchoatorum, de facto requiritur pro quocumque beneficio ecclesiastico obtinendo, *ib.* Et viginti quinque anni pro ecclesia parochiali, 353. Adeo ut dispensatus ad ordines, non sit dispensatus ad beneficium ad parochiale, *ib.* Ad decanatum requiritur ætas viginti quinque annorum saltem inchoatorum, 356. Ad dignitates et personatus, quibus animarum cura non subest, qualis ætas requiratur, 355. Et quæ si talibus animarum cura subest, 356. Episcopis requiritur ætas triginta annorum completorum, *ib.* *Ætas* in promovendis ad ordines, qualis requiratur, 446. *Ætas* in præficiendis seu promovendis ad ecclesias, prælaturas, aliæque beneficia ecclesiastica, qualis requiritur, 481 et 354. *Ætas* et senectus ubi non determinatur a jure, deciditur arbitrio iudicis, V, 69. *Ætate* non legitima beneficium invalide obtentum non convalescit ætate postea superveniente, VII, 52.

*Ætas* qualis requiratur ad sponsalia et matrimonium, V, 391. *Ætas* mulieris viginti quatuor annos excedentis est causa dispensandi, V, 608. Quomodo probetur, *ib.*

*AFFECTIONIS* parisi causa tollit suspicionem fraudis, II, 565.

*Affectio* ad rem, an et quando possit esse causa carius vendendi, vel emendi, IV, 156. *Affectio* beneficiorum quid, et quid juris de ea, vide *Beneficiorum reservatio ex affectione*.

*AFFINES* producentis non sunt testes idonei adversus extraneos, II, 567. Fallit istud in certis casibus, *ib.* Affines qui sibi instar parentum et

liberorum sunt, inviti non coguntur adversus se testimonium perhibere; et quales illi sint, III, 76. Volentes tamen admittuntur, *ib.* Et quando veritas aliter haberi nequit, possunt affines cogi ad ferendum testimonium, *ib.* Nec tamen frustraneum est harum personarum privilegium, *ib.*

Affines quid, et unde, et qualiter contrahant impedimentum matrimonii, V, 467. Post contractum matrimonium peccantes privantur jure petendi, non item reddendi debitum, 471. Si peccant cum consanguinea in secundo gradu, *ib.* Incurrunt etiam alias pœnas, et mortua conjuge non possunt amplius nubere, 472. Requisita ad hanc pœnam, *ib.*

*AFFINITAS* carnalis quid, et unde, V, 467. Antiquo jure erat triplex, 468. Hodie vero unica est; et inter quos, *ib.* Legalis, quid, et inter quos existat, 459. Affinitatis impedimentum quid, et unde, 468. Inter quos oriatur, *ib.* Pater et filius ex una parte possunt nubere matri et filiæ ex altera parte, sicut etiam duo fratres duabus sororibus, *ib.* Affinitas oritur ex copula licita, et illicita, *ib.* Dummodo sit perfecta, ad generationem prolis sufficiens, *ib.* Solvitur instantia, 469. Et fiunt deductiones usque ad numerum 44, *ib.* Affinitatis impedimentum quousque, et quo jure dirimat, 470. Ex copula illicita usque ad secundum, ex licita vero usque ad quartum gradum dirimit, *ib.* In linea transversa non dirimit jure naturæ, *ib.* Bene vero in primo gradu lineæ rectæ, in quo Papa dispensare non potest, *ib.* Nisi affinitas esset ex copula illicita, 471. Doctrina computandi, et cognoscendi gradus affinitatis, *ib.* Affinitatis impedimentum dispensando per quem, ex qua causa, et a quibus tolli possit, 567. Cum quibus Papa dispensare solet super secundo consanguinitatis gradu, cum iisdem dispensat, super primo gradu affinitatis, *ib.* Rarius tamen, 568. In primo gradu affinitatis ex copula illicita dispensare solet Papa etiam ante matrimonium, *ib.* Ob quas causas, *ib.* Pro foro interno ex quavis causa cum quovis dispensat super primo gradu affinitatis ex copula illicita, *ib.* Etiam in linea recta, *ib.* Super secundo gradu affinitatis ex copula licita in quibus, et ex qua causa dispenset, 569. Super secundo gradu affinitatis ex copula illicita cum quovis, ex quavis causa dispensat, *ib.* Affinitatis impedimentum, ut rite dispensetur, quænam exprimi debeant, 583.

*AFFIRMANTIBUS* duobus testibus magis est credendum, quam centum negantibus, idque declaratur, III, 30. Affirmanti incumbit probatio, 106.

*AGERE* non potest, qui non potest rem alienare, an et quando verificetur, II, 196. Agere plus est, quam excipere, VII, 160.

*AGGRATIANDI* jus habet princeps supremus, VII, 42.

*AGNATI ET COGNATI* qui, et quomodo differant, II, 549, III, 76 et V, 461. Agnati et cognati usque ad tertium gradum non possunt compelli

ad testificandum contra suos consanguineos, III, 36. Vide infra, *Cognati*, et *Consanguinei*.

*ALEARUM* lusus prohibitus est clericis, III, 377.

*ALIENA* res, an et quando vendi emique possit. Vide *emptio*, *venditio rei alienæ*.

Alienis rebus utens, ut suis parcat, dicitur locupletari cum alterius injuria, etc., VII, 114. Alieno, non suo nomine, potest quis dare quod non habet, 172.

*ALIENATIO* judicii mutandi causa quid, II, 148. Edictum de prohibita alienatione judicii mutandi causa cur introductum, *ib.* Et qualis actio contra sic alienantem oriatur, *ib.* Et quæ contra emptorem, 149. Ut actio in factum contra alienantem competat, tria requiruntur, quæ, *ib.* Edictum de prohibita alienatione judicii mutandi causa etiam habet locum in actore, qui actionem alteri hac ratione cedit, *ib.* Per rescriptum apostolicum contra alienantem impetratum venit in quem facta est alienatio judicii mutandi causa, 150. Solvitur instantia, *ib.*

*Alienatio* rerum litigiosarum, an et qualiter litigiosa sit, sit prohibita, II, 454. Est vel ipso jure irrita, vel saltem irritanda, *ib.* Et quæ differentia inter hæc, *ib.* Alienatio rerum dotialium juramento firmata valet, quæ alioquin secundum leges est invalida, et cur, III, 173. Alienatio etiam usucapionem continet, 232.

*Alienatio* rerum Ecclesiæ præcipue quid, IV, 101. Prohibitum est res immobiles et mobiles pretiosas ecclesiæ alienare, *ib.* Mobilia et mobilia, quæ, 102. Jura et actiones quæ alienari prohibeantur, *ib.* Immobiliium nomine veniunt etiam servitutes, jura piscandi et venandi, etc., *ib.* Ac annui redditus, *ib.* Mobilia pretiosa quæ, *ib.* Pecunia regulariter non venit nomine immobilium, 103. Nomine mobiliium pretiosorum comprehenditur etiam grex ovium, caprarum, etc., *ib.* Alienationes causæ et solemnitates, *ib.* Causa est triplex, *ib.* Ecclesiæ necessitas, *ib.* Utilitas, 104. Quæ debet esse manifesta, *ib.* Et pietas quæ exemplificatur, *ib.* Item incommoditas, *ib.* Solemnitas requirit tractatum capitularem prævium, *ib.* Consensus capituli, *ib.* Et quidem expressum, 105. Requiritur etiam subscriptio capituli, *ib.* Qualis, *ib.* Item consensus superioris, 106. Et loquendo de jure) Papæ, *ib.* Quid de consuetudine præsertim in Germania, *ib.* Patroni consensus non requiritur, *ib.* Exceptis duobus casibus, *ib.* Ad alienationem mobiliium non pretiosorum, et immobiliium vilium solemnitates non requiruntur, *ib.* Sicut nec ad alienationem necessariam, 107. Quæ res in feudum, vel emphyteusim dari aut locari possunt, *ib.* Repudiatio rerum ecclesiæ sine solemnitate an fieri possit, 108. Mancipia an possint alienari, *ib.* Bona, quæ servando servari non possunt, sine solemnitate alienantur, *ib.* Quid de religionibus habentibus specialem privilegium, *ib.* An requiratur solemnitas juris, si sit alienatio ab una ecclesia ad aliam, *ib.*

Alienationis nullitas, revocatio, actio, et pœnæ, IV, 110. Alienatio rerum ecclesiasticarum non servatis solemnitatibus debitis, est nulla, *ib.* In foro externo, non autem in interno, *ib.* Quid si ecclesia malit confirmari alienationem, *ib.* Si ecclesia graviter est læsa per alienationem validam, succurritur ei per restitutionem in integrum, 111. Aliter occurritur si alienatio fuit invalida ob omissas solemnitates juris, *ib.* Res male alienata potest revocari per prælatum alienantem, et successorem, *ib.* Imo in horum defectu quivis clericus agere potest, 112. Ecclesiæ graviter læsæ qualis competat actio, *ib.* Si assumit unam actionem, cessat altera, *ib.* Male alienantium pœna est nullitas actus et obligatio restituendi, *ib.* Item excommunicatio alienatoris et alterius, 113. A qua tamen excusat ignorantia, *ib.* Referuntur pœnæ aliæ in extravagante ambitiosæ, *ib.*

*Alienatio* bonorum ecclesiæ licita ob necessitatem, VII, 9. Scienze et tacente capitulo, valet, 103. Etiam invito capitulo facta valet, si ab eodem postea ratificetur, 37. Alienationes rerum ecclesiæ ab initio invalidæ, non validantur tractu temporis, 52. Et invalidas etiam ipse alienans potest revocare, 168.

*ALIMENTATIONIS* et victus nomine quæ veniant, V, 134.

*ALIUS* Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus, cur dicatur, non tamen, *Aliud*, I, 58.

Alius, non licet per alium facere, quod per se non licet, VII, 150. Per alium potest quis, quod potest facere per se ipsum, 152. Quomodo alius debeat esse qualificatus, *ib.* Quænam per alium fieri non possint, 153. Per alium quod quis facit, perinde est ac si per se ipsum faciat; quomodo intelligendum, 162.

*ALLEGATIONES* juris differunt a probationibus, IV, 272.

*Allegans, propriam turpitudinem non auditur*, 111.

*ALMARICUS* quis fuerit, I, 103. Ejus errores qui, *ib.*

*ALTARIA* non sunt reconsecranda, in quibus schismatici, vel degradati sacerdotes celebrarunt, I, 493. Altare aliud fixum, aliud portatile, seu mobile, V, 162. Altaris consecratio a solo episcopo fieri potest, *ib.* Ex privilegio Papæ etiam alius consecrat, 163. Non item ex consuetudine aut præscriptione, *ib.* Quomodo polluat, *ib.* Quomodo excretur, ita ut nova consecratione indigeat, *ib.* Altari in portatili extra monasterium non amplius possunt celebrare religiosi, 170. Altare unum non debet discooperiri, ut alterum cooperiatur, III, 482.

*ALTER* alterius odio non debet gravari, VII, 59.

*ALTERNATIVA*, in alternatis delictis est electio, VII, 157. Fallit in remedio, pœnæ, gratiis præcipue, et aliis, 158. *Alternativa* sunt personarum, rerum, locorum, temporum, remediorum, pœnarum, etc., 167. *Alternativa* et dis-